



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

Urkunden.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

Bl. XLII.

Nicolaus wegher vnde hans knake weren twydrächlich des druppenfalles haiten twyffchen den beyden. fulke twydracht heft der Radt entrichtet myt erer twiger fulbort also dat de druppenfall von nicolaus wegen fulle an schal wyt wesen dre vote langk na knaken haue. Is et dat knake vp dat syne wil eyn bow setten, so schal knake druppe dar mede ynvalen vnd dat tuf. sehenhus wil vp ditmal allene nicolaus wegen brügghen lathen. Actum anno LXXXIII feria quarta na lucie.

Dies Buch, welches mit 1480 beginnt, spät ins 16te Jahrhundert hinabreicht und mehrere hundert beschriebene Folioblätter enthält, ist eine reiche Quelle für ausführliche Behandlung der Geschichte Perlebergs. Der Verfasser dieser Notizen konnte sich einer solchen Bemühung des Werkes nicht unterziehen, sondern nur Einzelnes daraus hier entnehmen. Für das Stadtrecht dürfte diese Quelle jedoch nicht erheblich seyn. Bei flüchtiger Durchsicht fanden wir über das Perleberger Stadtrecht nur so viel Erhebliches darin, daß Perleberg zu den Städten gehörte, worin das märkische Erbrecht unter Eheleuten schon lange vor der Constitutio Joachimica als Stadtrecht galt. Es beweisen dies viele Stellen im Nothen Buche.

3. B. Bl. LXXIII.

Anno domini M. CCCC. XCVIII. am fridage na crucis. — Wy nascrenen nicolaus weger borigere tho perleberge hauebergelchen stites vnde alheyt myne elike frowe hebben vns na vnser twiger selen salicheit boghifiget vnde boghifigen vns ieghenwardich zu fulker wyse also hir na gefcrenen steyt, so wy edder vnser eyner ane vnser twiger lifes eruen nach dem willen godes von dodes weggen afhinge vnd jek nicolaus de erste were also denne schal alheyt myne huffrowe na stat rechte de helfte aller myner guder var sieck beholden vnde de ander helfte fulker gudere schullen myne testamentarien tho ghelde maken vnde dar myt dorch wantliken handel eynen jerliken tynt kopen etc.

2) Ein Landgerichts-Protokollbuch vom Jahre 1585 an, und

3) einige Fragmente älterer Stadts- und Gerichtsbücher.

U r k u n d e n.

I. Die Stadt Salzwedel überträgt ihr Stadtrecht auf die Stadt Perleberg unter Genehmigung des Edlen Herrn Johann Gans im J. 1239.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Omnibus quam ciuibus quam consilibus uniuersaque ciuitatj in perleberge precordialibus vninersi consules quam ciuef in Saltuedele cum omni sinceritate paratam dilectionem. Notum tam presentibus quam futuris esse uolumus, quod propter binas personas uidelicet Gerardi de Hertesberge et worleui de perleberge ad nos transeuntes ex parte ciuitatis perlebergensis ac propter petitionem domini de perleberge, Johannis aucte iunioris, nostra ueridica iura cum iure ipsorum ascribimus confirmantes. verum ne in posterum aliqua possit emergi calumpnia huic facto, siue nascatur bellum siue non inter dominos terre, ueridice uolumus altare cum expensis nostris, si aliquis prenominate ciuitatis iura audeat uiolare. Datum in Saltuedele anno domini M^o CC. XXXIX. Indictione IX^a III^o kalendas nouembris.

Significamus etenim vobis iura nostra quod si quis exceſſerit in placito contra aduocatum nadiabit III ſol. Saltuedelgenſium. Omnis falfa menſura, ſiue in cereuiſia ſiue in ſtateris uel in quacunque re, qui inuentus fuerit, uadiabit III Marcas ſaltuedel nummorum, ex hys habebit ciuitas duas partes, dominus autem ciuitatis tertiam: Inde nichil iuris habebit aduocatus, ſet ciuitas iudicabit. Siquis traditus fuerit alteri in iudicio pro debitis et ſi ex caſu fugam inierit aduocato uadiabit III ſolidos. Siquis pontem non fecerit iubentibus conſulibus III ſol. uadiabit ciuitati. Siquis auſus fuerit inclamare conſules cum ſint in labore ciuitatis, uadiabit eiſdem conſulibus III Marcas, domino III ſolidos. Si contigerit quod homo occiditur et ſui parentes uelint inclamare innocentem, innocens per teſtimonium ſuorum uiciorum liber erit.

Diuina miſeracione Johannes dictus gans, dominus de perleberge. Ne factum ciuium noſtrorum in poſterum a noſtris ſucceſſoribus poſſit irritari ipſos noſtri ſigilli munimine roboramus et teſtes fecimus annotari, quorum nomina ſunt hec: Prepoſitus de uittenberge, Johannes gans, Otto de Stendale, Nicolaus, aduocatus, Worleuus, Gerardus, Johannes, Arnoldus.

Nach dem Original. Das Siegel iſt abgefallen.

II. Des Edlen Herrn Johann Gans Privilegium für die Schuſtergilde zu Perleberg
v. J. 1239.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis, Johannes Gans Omnibus in perpetuum Notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris, Quod nos ad inſtantiam Ciuium noſtrorum in perleberge, qui futores uel calciparii appellantur, talem ipsis ac ipſorum ſucceſſoribus contulimus libertatem, videlicet ut ius quod vulgo ininge uocatur eiſdem percipere liceat ac poſſidere ea ſcilicet ratione, ut unam partem nobis videlicet quatuor ſolidos, alteram ciuitati etiam quatuor ſolidos, tertiam quoque ipsis ſimiliter quatuor ſolidos cedere et percipere non repugnent. pueris quoque ipſorum, qui idem ius adepti fuerint, uſque ad tertiam et quartam generationem eandem conceſſimus libertatem. Item nemo alienus de quocumque fuerit opido abſque eorum conſenſu in perleberghe calcios preſumat vendere uel exponere ad vendendum. Item ſi inter preſatos futuros rancor aut diſcordia mutuo fuerit exorta, utpote in ſuis confraternitatibus uel in ſeruis conducticiis quocumque tempore uel loco ſine proclamatione vulgari uel ſanguinis effuſione ipsis coram eorum magiſtro componere liceat, aduocato noſtro penitus hinc remoto. Iudicium uero predicti eorum magiſtri decem ſolidos non excedet. Jus quoque ipſorum honeſto mediante conſilio et nobis auuentibus ſi in futuro decreuerint poterit adangeri. Ne uero hoc factum noſtrum a quoquam in poſterum ualeat irritari, Illud ut condecet ſigilli noſtri roborauimus inſtrumento et honeſtorum nomina qui etiam huic facto intererant fecimus annotari quorum nomina ſunt hec: Otto de Stendale, Otto de podendorpe, fridericus de Wardenberg, nicolaus aduocatus, vorleuus et alii quam plures, Datum perleberge Anno domini M^o CC^o XXXIX^o In dictione IX. VI Kalendas aprilis.

Nos uero conſules ciuitatis perleberge ſcilicet Johannes Riebode, hinricus radolfi, martinus rulow, hinricus dalemín, hinricus de Cartane, weſſelinus de dupow, Johannes hapup, hinricus ſcap, hermannus klinkebeil, Johannes de lubeke uidiſſe et audiuiſſe ſupra dictas litteras eadem uerba continentes, non cancellatas, non aboſitas, nec in aliqua parte uiciatas, ſed uero ſigillo predicti domini Johannis firmiter ſigillatas, preſentibus publice proteſtamur et in huius teſtimonium ſigillum noſtre ciuitatis preſentibus duximus appendendum. Datum Anno domini M^o CCC^o XXXII^o in uigilia paſce.

Dies iſt Perlebergs älteſte Urkunde.

Nach der Urſchrift.

III. Die von Wartenberg verleihen das Schulzengericht zu Dobbersin und Spiegelhagen frei von Fräuleinsteuer und dergleichen Bede mit der Gerichtsbarkeit über Hals und Hand binnen Zaunes im J. 1293.

In nomine Domini Amen. Nos Fridericus miles, dictus Wardenberch, vniuersis Christi fidelibus presens scriptum auditoris vel visuris salutem in Domino cum affectu. Cum de facili oblivio continget in rebus gestis, nisi auferetur per scripti memoriam siue testimonium, hinc est, quod tenore presentibus quam futuris publice protestamur, quod honesto viro, Thideriko Arnse, in perleberg commoranti, nec non suis heredibus de nostris bonis iure pheodali vendidimus quatuor mansos, videlicet duos in Doberfin et duos in Spighelhagen, ad quos pertinet prefectura, hoc modo perpetue possidendos, quod neque habitus militaris neque copulatio coniugalis nostrorum successorum ab ipsis aliqua subsidia valeat extorquere, sed simpliciter a qualibet precaria et exactione, nunc nominata seu innominata, sint liberi ac soluti. Insuper excessus quoslibet, in manum siue in collum peccantes, iudicabunt et hoc in curia contingentes: si vero extra curiam evenerint tunc civili spectent iudicio vel communi. Item si modo predicta bona vendere voluerint pretaxata, Nos ea emptoribus cum libertate memorata sine omni contradictione seu munere conferemus. Ne igitur nostra venditio in posterum valeat immutari, nomina testium, qui venditione, cum fieret, affuerunt, conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Testes autem huius rei sunt, Dominus plawo plebanus in parleberge. Cone de Wartenberch et Thidericus suus frater, Gherardus de Bayster, Johannes Ros, Joh. Craz et sui filii, Herwichus de Cramvir et Arnoldus de Sediz. Joh. de Tacke, swagerus Domini Friderici, et quam plures alii fide digni.

Datum perleberge Anno Domini M. CC. LXXXIII. VIII Kal. Februarii in die converfionis sancti Pauli.

Aus dem Copial-Buche des Archidiaconus Buchholz.

Anm. Im vorstehenden theilen wir den ältesten bis jetzt bekantten Lehnbrief über ein Schulzengericht in der Mark Brandenburg mit. Der Kenner wird leicht das Merkwürdige seines Inhaltes wahrnehmen.

IV. Heinrich Normann schenkt den beiden Kirchen zu Perleberg eine Hebung zu Wein und Oblaten im J. 1294.

Vniuersis cristi fidelibus, quibus presens scriptum fuerit presentatum Ego Henricus normannus, cuius in parleberch, voluntatem benivolam cum obsequiis et affectu. Eructavit cor meum, quod ad ierusalem celeste palatium homines merito aspirent, vbi fideles fidelitate perpetua semper uiuent. Mea igitur opera nota facio tam presentibus quam futuris, quod de beneplacito ad vsus utriusque ecclesie ciuitatis parleberch vnum talentum brandenburgensis monete iure pheodali annis singulis de meis propriis ordinari, videlicet de domo wackeri retro cimiterium uel de area eiusdem quartali quolibet inde V fol. presentari vt prefate ecclesie inde vinum nec non oblatas habeant ad salutarem consecracionem dominici corporis et sanguinis iesu cristi, Ea propter ut illius misericordia, qui peccata penitencium delet, me peccatorem fidelibus societ et post uitam huius seculi erumpnam mutabit in requiem sempiternam, Tali adiecta condicione, quod eisdem ecclesiis ullo ingruente necessitatis articulo tales redditus vendere non licebit. Item si huiusmodi redditus auementare vel emendare uoluero ecclesiis prenarratis, ex communi

consensu consulum in ciuitate michi uel meis heredibus emere hos licebit. Vt igitur hec donacio firma et inuolabilis in perpetuum perseueret prefens scriptum inde confectum figillo ciuitatis feci et meo proprio robarari. Testes autem huius rei sunt vniuersi consules, qui hoc anno consilio presuerunt, videlicet: hen. pes, thi. craz, Jo. zemlin, Johanes friso, petrus kanolt, hen. sartor, bertoldus retro cimterium, hen. bornim, ludolfus craterarius, Jo. rozstoc, Item Wilhelmus ruffus, al. molendinarius, Gheuehardus craz, hen. craterarius, hen. rozstoch, ar. de arnse et quam plures alii fide digni. Datum parleberch anno domini M^o CC^o XXIII^o VI^o, Nonas decembris.

Nach dem des Siegels beraubten Original.

V. Stiftungs-Urkunde für das Hospital des heiligen Geistes v. J. 1299.

Nos Johannes plebanus in perleberghe, dictus de plauue, presbyter, et nos consules eiusdem ciuitatis presentibus protestamur, quod Johannes clericus, dictus de noua domo, fundauit et dotauit altare domus sancti spiritus in perleberg cum decem fructis reddituum, quos redditus idem johanes siue sit prefens siue sit absens possidebit ad tempora sue uite. Ita quod idem Johannes in eadem domo procurabit et ordinabit cultum diuinorum, tali condicione, quod quolibet die ad missam dicendam uel cantandam ipse uel cappellanus suus simpliciter est obligatus, de matutinis et de uespertinis ipse uel cappellanus suus tempore uite sue liberam habent postetatem siue huiusmodi uelint peragere siue non; adtamen sui successores ad omnia diuina sunt simpliciter obligati. Preterea protestamur, quod redditus supradicti, cum quibus dictus clericus Johannes dictum altare dotauit, cum omni jure et omni proprietate debent esse situati infra muros perleberg ciuitatis: et huiusmodi proprietatem iam supradictus clericus Johannes se obligauit in molendino seu in areis nostre ciuitatis comparare, adtamen hoc faciet cum iuuamine et consilio tutorum iam dicte domus. Si autem ita contingeret quod apud molendinum seu in molendino non poterit consequi proprietatem, tunc nos consules perleberghe ciuitatis licenciam damus dicto Johanni, ut hos redditus in areis nostre ciuitatis ad predictam altare possit libere comparare ita, quod dicta domus sancti spiritus huiusmodi redditus cum omni possideat libertate. Insuper nos consules perleberghe ciuitatis recognoscimus, quod dicto clerico iohanni et familie sue conceditur piscatura in fossato domus sancti spiritus et in alia quacumque aqua seu piscina quam contingit dictam domum in futuro possidere, ita, quod possit piscari quantum sibi sufficiat ad esum suarum expensarum. Testes harum ordinacionum et donacionum sunt: Dominus hinricus plebanus de quitow et dominus Olricus plebanus de gulow, pariter qui tempore illo erant tutores domus dicte sancti spiritus in perleberghe, hinricus normannus, brun de globesin, Wilhelmus ruffus, petrus kouolt, Albertus molendinarius, hinricus sartor, ludolfus craterarius, Gerardus Zemelin, Thidericus de Dalemin, Johannes norman, Arnoldus de eramuir. Datum anno domini M^o CC^o XCIX^o in die gregorii III^o idus Marcy.

Nach dem des Siegels beraubten Original.

VI. Markgraf Hermann verkauft dem Drosien Drosfke von Cröchern Eigenthum an den Dörfern Buchholz und Spiegelhagen und an der neuen Mühle zu Perleberg, im J. 1303.

We herman, van der gnade Godts Marcgreue tu Brandenborch vnd tu Lusitz vnd here tu hennenberghe, don widlike alle den, de dessen brif sin vnd horen, di nu sin vnd noch tu komende sint, dat wi

vnfen liuen drozten hern droyfeken van Crochern vnd finen fonen hanfe vnd heyneken vnd eren rechten eruen hebben ghelaten vnd gheuen mit vnfen vryen wilkore vnd mit guden willen eyghen ouer de gantze dorp Bocholte vnd spighelhaghen, de bi der stat tu parleberghe ligghen, mit deme hogesten vnd mit deme sifesten richte vnde mit den kerc lenen, mit deme finaltegheden, mit dem pachte, de in den dorpen leghet, mit deme Tinfse vnd mit alle der Gulde vnd mit alle der nvt, de vth deffen dorpen velt, swo me de benomen mach, an acker, an holte, an grafe, an wifchen, an watere, an weyden ghewunen vnd vngewunnen, mit alle den feeyden, de tu den vorbenomeden dorpen horen vnd ligghen: Ok hebbe wi hern droyfeken vnd finen fonen vorbenomet vnd eren rechten eruen ghelaten vnd geuen den eyghen ouer de nyne molne, de bouen perleberghe leghet, mit deme dyke vnd mit der vifeherie vppe deme dyke vnd mit der ftovinghe des dykes vnd mit der Grunt des dykes. Dese vorbenomede dorp Bocholte vnd spighelhaghen vnd de nyne molne, de hirvor benomet is, hebbe wy deme vorbenomeden hern droyfeken vnd finen fonen vnd eren rechten eruen ghegeuen vredeliken tu besittene, mit alle deme eyghene vnd mit aller vrihey, alse vfe oldern vor vnd wi se na beseten hebben wante an deffen dach. Si moghen ok deffen vorbenomeden eyghen vorkopen, gheuen oder laten sweme si willen in Godes hufe, in Clostere, in kerken, an altre tu legghene. Ener ganzen stat oder funderliken borgern vor kopen oder gheuen, vnd sweme si den vorkopen oder gheuen tu male oder en del, des si luttic oder vele, dat me mit eren briuen bewifen mach oder mit deffen iegenwardegen briue, de wi en dar ouer ghegeuen hebben, dat scal leke stede fin, vnd scal de fulue macht hebben, ofte wi en em fulue ghelaten hedden vnd ofte wi em fulue vfe briue darouer gegheuen hedden. Vor deffen vorbenomeden eyghen heft vns her droyfeke gheuen vnd rede beret vor jowelik stücke geldes, dat in deffen vorbenomeden dorpen vnd in deffer vorbenomeden molne leghet, ses marc brandenborches fuluers vnd gewichtes. Vppe dat wi vnd vfe rechte eruen alle desse vorbescreuene Dinge stede holden vnd vngewandele, So hebbe wi deffen brif beseghelet mit vseme Ingheteghele. Dester dinge sint tughe her heinric vnd her frederic van aluenseue, her Bernt van plofzik, her henric schenke van donstede, her Lodewich van wanzleue, her petze van Loffowe, vnse riddere, vnde Conradus vfe scriuer vnde andere guode lude nuoch den me wol louen mach. Dit is gheschen vnd dese brif is ghegeuen tu Spandowe na der bort Godis dnstent jar drihundert iare in deme dridden iar des sunnen daghes na Twelften.

Nach dem des Siegels beraubten Original.

VII. Der Markgrafen Otto, Conrad, Johann, Waldemar und Hermann Privilegium der Gewandschneidergilde zu Perleberg v. J. 1303.

Otto, Conrad, Johan und Woldemar, von Gades Gnaden Marggrafen to Brandenburg und von Landsberg und Herman von des sulven Gades Gnaden des sulven Brandenborch Marggrave und herr von henneberg und Vorwese des Landes etc. den vorsichtigen Mannen, Radmannen und Meynhey der borgher to Perleberge unne gnad und alle gud. Uf dat de warke der Forsten vormiddelt alken nicht werden vorbraken is dat nutte, de worde bestedeget mit tuchnisse der breve. Hieraver schalet weten alle ansichtige deffen gegenwordigen scriften, dat wy mit vorbegrepen ripen Rade und andrachtinge vorghat, geschikt und gestedigt hebben und in deffen gegenwardigen scriften schicken, dat nymant de wante macker vermiddelt sik sulven er vermiddelt andern de themet to snidende edder stükliken to verkopende yeingerley wys, sunder allent wat so der matoren to wande to makende in wullende edder van ander nettes nohtdorste mogen hebben, det sealen se sik bruken und wande darofmaken und de ghe-

makende wande sealen sie verkopen tufchen den negest Feste sancte Martini nach der luft eres willen darna up hörende van der deylinge, snydinge und vor kopinge yenigerleye wiese derfulven. — — wy geuen ok to unfer schikkyngē dat de wanthider des erbenomeden Wickbeldes eyne Meynheit adder selcop moghen hebben von der wise to varne desne wante her to nicht gehat hebben de . . . genamet eyne Gehilde, up dat daruth openbar werde ere meynheit und selcop sy vort gegā von den wilkar unfer vulbohrt. Tüge desēn dinge de edeln Menne, hemmingk und Frederik geheiten von Alvensleve, Conrad von Roden, ahles von Wedeln, dreylike gheheiten von Cröchern vnse Droste, Claves und Diederik unse vagede und velemer loueverdig Lüde. To openbare Technise und fierke alle desēn dinge hewe wy desēn briv laten seryven und myt bevestinge unsen infegel laten sterken. Gheven to havelberke na gades bort dusend 3 hundert und den drudden jar den Middeweke vor dem feste Sancti Laurentij.

Nach einer zum Theil ganz unverständlichen und offenbar unrichtigen alten Uebersetzung des vermuthlich Lateinisch concipirten Originals.

VIII. Des Bischofs Heinrich von Reval Ablass für das Hospital des heiligen Geistes
v. J. 1304.

Univerſis Chriſti fidelibus Frater Henricus miſeratione divina Episcopus Revalienſis ſalutem et ſinceram in Domino charitatem. Quandoquidem ut ait Apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal domini recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum ſive malum, etiam iterum qui parce feminat parce etiam metet, etiam qui feminat in benedictionibus de benedictionibus etiam metet vitam aeternam, etiam nos ea feminare debemus meritis unde fructum centuplicatum in coelis recolligere valeamus ac diem meſſionis extreme pietatis operibus prevenire. Nos igitur Dei omni potentis et Beatorum Apoſtolorum ejus Petri et Pauli autoritate confiſi omnibus pie poenitentibus et confeſſis domui Hospitalis ſancti ſpiritus in Perleberg Havelbergenſis dioceſeos manum porrigentibus adiutricem XL. dies indulgentiam dummodo ad id conſenſus dioceſanorum loci ejusdem acceſſerint in Domino miſericorditer relaxamus. Datum Perleberg anno Domini M. CCC. IV. tertia feria Pentecoſtes.

Nach dem Original.

IX. Markgraf Hermann beſtimmt die Urbede Perlebergs auf 100 Mark
im J. 1305.

In nomine domini Amen. Injuriatur memorie frequenter obliuio: longinquitate fit ſepe temporis, quod res clara preſentibus reddatur obſcura futuris: quare aduerſus obliuionis diſpendium de ſcripture ſuffragio prouidit induſtria ſapientum. Hinc eſt Quod Hermannus, dei gratia brandenborgeſis et luſatie marchio ac dominus de Henneberg, Recognoſcimus et tenore preſentium publice proteſtamur, Quod cum diſcretis viris et nobis dilectis ciuibus noſtris in berleberge placitauiſus in hunc modum, videlicet quod propter amorem et amicitiam nobis ſepius exhibitam et ob fauorem eorundem ciuium, ſpecialeſ Nos noſtrique heredes et ſucceſſores nullo vnquam tempore a preſatis ciuibus in berleberg ſingulis annis recipimus plus quam centum marcas argenti, quod quidem argentum in feſto ſanctae Walburgis ſingulis annis perſoluent indilate, et de qua quidem pecunie ſumma patruſ noster Marchio Otto chariſſimus et ſucceſſores ſui ſingulis annis quinquaginta marcas argenti habebunt termino jam

predicto, Nos vero nostrique succesores reliquas habebunt marcas quinquaginta. Sepesatum vero terminum non immutabimus nec majorem censum seu pecunie summam preter quam centum marcas argenti singulis annis perpetuis temporibus ab eisdem nostris ciuibus jam dictis recipiemus, Dimittentes jam dictos ciues nostros in berleberg vniuersos ab exactione seu precaria ciuitatis qualibet, preterquam summam jam pretaxatam perpetuis temporibus penitus liberos et solutos, Huius rei testes sunt Henricus dictus de Aluensleuen, Bernardus dictus de plotzke, Iodewicus dictus de wanfleuen, Droyfke curie nostre tunc temporis dapifer, Nicolaus de Weyda tunc temporis berlebergensis aduocatus, nostri milites, et Slotkinus dictus de Swartengolt, tunc temporis in arneborch aduocatus, et alij quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presens dedimus Scriptum, Sigilli nostri munimine communitum. Actum et Datum arneburch per manum Slotekini tunc temporis curie nostre notarii, Anno domini millesimo Trecentesimo quinto In die beatorum geruasij et protasij martirum.

Nach dem durch Moder und Lintenslecke zum Theil unleserlich gewordenen Original, welches hier mit Hülfe einer ältern Abschrift vervollständiget ist.

X. Bischof Arnold von Havelberg verkündet einen Ablass zu Gunsten des heil. Geists-Hospitals im J. 1306.

Uniuersis sancte ecclesie filiis ad quos presentes peruenerint Arnoldus dei gracia havelbergenfis ecclesie Episcopus salutem in eo, ex quo omnis salus oritur & procedit. Licet is, de cuius munere venit ut sibi etc. —. Desiderantes itaque ut domus sancti spiritus infra muros Ciuitatis perleberch congruis honoribus frequentetur et a crisi fidelibus veneretur, elemosinarumque largitionibus adiuetur, omnibus qui dictam domum in spiritu humilitatis & animo contrito acceperint & eidem elemosinarum suarum prestantibus subsidia manum porrexerint adutricem nos de omni potentis dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi eisdem XL^o dierum iudulgentiam de iniuncta ipsis penitentia misericorditer in domino relaxamus Ratificantes & confirmantes etiam istas indulgencias dicte domui sancti spiritus datas a venerabilibus patribus Archiepiscopis et Episcopis, que summariter quadringentos dies cum vna karena continent, ut in eorum litteris plenius continetur. Datum Wizstoch Anno domini M^o CCC^o VI^o In crastinum dominice qua cantatur Memento nostri domine.

Nach dem Original, welches an vielen Stellen stark verlest und zu Anfang zum Theil ganz unleserlich ist.

XI. Urkunde des Raths über eine in der Nicolai-Kirche gestiftete ewig brennende Lampe, v. J. 1309.

Consules ciuitatis perleberg vniuersis crisi fidelibus cupimus fore notum, quod Ludolfus dictus felix salubriter intendendo In Ecclesia sancti Nicolay Lampadem die et nocte ardentem perpetualiter comparauit, Ita videlicet quod procuratores ecclesie sancti Nicolay predictam Lampadem tenere siue procurare debent de illo choro filiginis quem, prefata in redditibus possidet ecclesia, et quem Gherhardus de noua domo et vidua hollandi dant singulis annis in festo Martini de suis mansis, Ut hec firma et perpetualiter perseuerent presens scriptum sigillo ciuitatis permiffimus roborari. Testes hujus sunt, qui illo anno consules fuerunt, Thidericus dalmyn, Gherhardus cranz, Johannes cemelin, Johannes Caluus, Gher-

hardus de noua domo, Thidericus de pecolt, Thidericus de cartane, Thidericus Noreman et vterque boberowe et procuratores sancti nicolaj hinricus de Stendal et hinricus et farnowe. Datum de aetum Anno domini M CCC IX in die beatorum viti et Modesti Martirum.

Nach dem Original.

XII. Markgraf Woldemars Bestätigung und Appropriation der Schenkung einer Hebung von 10 Talenten an Abgaben von den Erbgütern der Bürger Perlebergs an den Altar des heiligen Geistes daselbst v. J. 1310.

Nouerint vniuersi quibus exhibitur presens scriptum, quod nos woldemarus dei gracia Brandenburgensis, Iusacie & de landizberg Marchio Tutorque incliti Johannis de brandenborch marchionis confirmauimus & presentibus confirmamus nostro & dicti marchionis johannis nomine donacionem decem talentorum de hereditatibus ciuitatis perleberg tollendorum factam per johannem dictum de noua domo seu per alios quoscunque domni sancti spiritus intra muros ciuitatis eiusdem ad altare, donantes quoque proprietatem eorundem decem talentorum ad altare domus sancti spiritus nostro & dicti marchionis johannis nomine expresso, ita quod perpetuis temporibus ad ipsum altare vero proprietatis titulo adiacebunt, profitentes quoque, quod huiusmodi donacio habita et contracta predictae ciuitatis ciuium expresso de consensu & ipsorum libera voluntate. In cuius facti euidentis testimonium presens scriptum nostro munitum sigillo duximus concedendum. Presentes fuerunt domini Nicolaus de Buck, Droyseko, Conradus de Redere, Sloteko, hermannus de luhowe et alii quam plures fidedigni. Actum & datum Spandowe feria quarta post dominicam letare Anno domini millesimo CCC^o decimo,

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

XIII. Borchard, Herr von Schrapelow, verkauft der Stadt Perleberg den Wall im J. 1310.

Nos borchardus dei gratia dominus de Schrapelow vniuersis presentibus quam futuris cupimus fore notum, quod aggerem in ciuitate perleberge situm, qui domine ludgardi nostre legitime vxori pertinebat, Consulibus ciuitatis eiusdem pro C. Marcis agenti rite et rationabiliter vendidimus possidendum, cuius summe partem mediam recepinus ab eisdem: sumus nihilominus arbitrati, quod residuam partem pecunie adhuc dandam neque per nos neque per mediam personam tollere debeamus, nisi prius dictis consulibus litteram illustri principis domini Johannis Marchionis super hoc ordinauimus, vt talis venditio ac emptio de sua sit libera voluntate, Etiam vt sepe dicti consules tuti fore possint ab impugnatione qualibet ceterorum, Datum Anno domini M CCC X^o in vigilia marie Magdalene in Ciuitate perleberge sepius nominata.

XIV. Bischof Reiners von Havelberg Anordnungen über die Feier des Gottesdienstes, das Einkommen des Predigers und dessen Berufung beim heil. Geist Hospital zu Perleberg, v. J. 1313.

Reynerus dei gratia havelbergensis ecclesie episcopus Omnibus presens scriptum legentibus &

intelligentibus Salutem in Domino sempiternam. de opera iusticie uirtutis preclarissime, in longitudine dierum felice operari in nomine sancte et individue Trinitatis amen. Dicit sacra pagina, generatio preterit generatio aduenit, uerbum autem Domini manet in eternum. Ne ergo statuta uera bona et iusta et ordinationes hominum propter huiusmodi preteritionem et aduentum evanescant, pro salute ueritatis necessarium est ut ea que rationabiliter in tempore aguntur scriptis et testimonijs legitime confirmentur. Protestamur igitur in hoc priuilegio et in hys scriptis, notumque desideramus esse presentibus et futuris, quod de nostra licentia et uoluntate bona Otto plebanus in parleberch dictus de Redere ex parte sua et fuorum successorum, una cum consensu consulum ciuitatis eiusdem, Domini sancti Spiritus, edificate in eadem ciuitate, rationabiliter et misericorditer cultum licentiauit et contulit diuinorum, scilicet matutinarum missarum et uesperarum, quem diuinorum cultum Johannes clericus dictus de noua domo peraget vel saltem per sacerdotem peragi faciet temporibus sue uite, qui Johannes altare in predicta domo sancti Spiritus constructum et a predecesore nostro Domino Arnolde felicis memorie consecratum funditus dotauit appositione decem talentorum Brandenburgerum in festo beati Martini de areis hereditatum infra muros Parleberch anno quolibet tollendorum. Que talenta si per dilationem eodem die possessori altaris non fuerint exfoluta, extunc consules ciuitatis cum ipsorum famulis ea per inpirationem facient extorqueri. Preterea dictus otto plebanus pia consideratione motus commodum intuens infirmorum in iam dicta domo iacentium nostro ex consensu ibidem dedit licenciam conferuandi ecclesiastica sacramenta, uidelicet ewcharistiam et unctionem extremam, id est oleum infirmorum, que sacramenta sunt eisdem infirmis ipsisque seruentibus a Johanne, prelati altaris fundatore, si eum ad felicem sacerdotii titulum domino disponente contingerit peruenire aut saltem ab eius capellano confessione preuia feliciter ministranda seu eciam ab eius successoribus quibuscunque. Ceterum Plebanus sepe dictus animaduertens recitationem uerbi Dei crisi fidelibus esse multipliciter fructuosam graciose concessit ut in sollempnitatibus infra scriptis in ecclesia sancti Spiritus uermum Dei populo predicetur, utpote sequenti Die pasche, in assumptione Marie Johannis ewangeliste, post prandium similiter, et in dedicatione ecclesie eiusdem de uespere et in die. Post discesum uero ipsius Johannis collatio prememorati altaris spectabit ad plebanum sancti Jacobi, Ita quod suum est conferre huiusmodi altare non alicui puero neque existenti non sacerdoti, Sed sacerdoti, uiro maturo pariter et discreto. Qui sacerdos ibidem in persona propria residebit, recipiens redditus supradictos, et domicilium a dicto Johanne super aquam constructum simul et piscaturam in fossato allodij domus Sancti spiritus foris ciuitatem iacenti. Ita quod in eo piscari ualeat quantum sibi ad usum suarum sufficiat expensarum. Hic autem sacerdos horam celebrandi missam non captabit ex propria uoluntate, sed quando apud ecclesiam sancti Nicolai ciuitatis eiusdem compulfacio misse fiet. Insuper idem sacerdos fidelium oblationes ad altare intra missarum sollempnia apportatas plebano ad integrum presentabit. Pro hys et alijs domni sancti spiritus benigne concessis tutores ipsius domus de allodio adjacenti ciuitati seu de bonis eius predicto plebano censualiter tria dabunt talenta, restorationis causa annis singulis in die beati Martini perpetue persoluenta. Nos igitur intuentes et considerantes has donationes et ordinationes esse iustas atque deuotas ipsas auctoritate qua fungimur in nomine Patris et filij et spiritus sancti legitime confirmamus. Et ut robur habeat perpetue, prefens scriptum per appensionem sigilli nostri ipsum misericorditer roboramus. Et non solum volumus ut fiat appensio nostri sigilli sed eciam plebani in parleberch a quo tam sacrosancta donatio principaliter et specialiter habet ortum. Preterea ex quo cum consensu Consulum tale negocium est diligentius consummatum necessarium iudicamus ut cum eorundem sigillo hec eciam pagina roboretur. Istarum autem ordinationum et donationum testimonium perhibet uersitas consulum in parleberch, quorum nomina sunt hec: Johannes de Cemelin, Gherardus Bloc, Gherardus de noua domo, Petrus Normanus, Hermannus

Radolfi, Jo et Jo. dicti de boberow, Gherardus Lufcus, Theodericus de Scouwenleit, Petrus Voygt et quam plures alij fide digni. Datum Wistok anno Domini M^o CCC^o XIII^o primo idus decembris in die Lucie uirginis Pontificatus nostri Anno secundo.

Nach dem Original, woran die Siegel fehlen.

NV. Die von Wartenberg verkaufen dem Hospital des heil. Geistes zwei Hufen Landes zu Sukow im J. 1317.

In Nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Cum labilis sit memoria hominum Ideo sibi subuenit merito de scripture suffragio industria sapientum. Hinc est, quod Nos Johannes et Johannes dicti de Wardenberghe presentibus protestamur, quod domui sancti spiritus in parleberghe ad vsus pauperum rite vendidimus duos mansos in villa sucowe curie thidekini Godefridi adjacentes soluentes annuatim XXX modios filiginis et XVIII modios ordeï et quatuor solidos censuales cum omni jure, quemadmodum nos actenus habuimus a nobili domino nostro de brandenborch Marchione, protestamur etiam quod collationem horundem bonorum debemus ad vsus predictæ domus fideliter detinere, quovsque proprietas talium bonorum valeat a principibus, qui in tempore fuerint, comparari, qua obtenta debemus bona prehabita presentibus principibus ad vsus sepedictæ domus sine aliqua contradictione beniuole resignare, quod promissimus federe vnanimi consulis ciuitatis parleberghe fide prestita manuali. In huius etiam rei testimonium presens scriptum nostris sigillis est inuolabiliter roboratum. Testes huius sunt qui fuerunt eo Anno in consilio perleberge ciuitatis Bloc, Gherhardus de kartane, ludolfus felixi, Gherhardus de noua domo, Thidericus noreman, Thidericus radolfi, Thidericus dalmin, Johannes bowerowe, henricus de dupowe, Martinus rulowe, quorum sigillum nostro de consensu etiam presentibus est appensum. Item boldewinus de croghe, dominus Johannes et Heyne de noua domo, Zabellus futor et alij fide digni.

Datum et actum parleberghe sub Anno domini M^o CCC^o XVII in die exaltationis sancte crucis.

Nach dem Original.

XVI. Markgraf Johann begiebt sich aller Rechte an einer von der Kirche St. Nicolai erworbenen Kornhebung in Sukow und Quitzow, im J. 1317.

In nomine Domine Amen. Quoniam ea, que per assercionem principum in publica munimenta deveniunt, obtinere debent robur perpetue firmitatis. Hinc est, quod Nos Johannes Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio ad notitiam presentium et futurorum memoriam volumus devenire, quod diuini cultus augmento, vti ex debito adstringimus, intendere pro viribus cupientes, omne ius sive Dominium, quod ad nos nostrosque successores aut heredes pertinere dinoscitur et a retroactis pertinebat temporibus, in quatuor filiginis choris, quos providus vir Ludkenius selege, civis parlebergensis, vnum chorum in villa sucow, tres vero in villa Qvitzow, ad altare beate Marie virginis in ecclesia sancti Nicolai in perlebergh sua comparavit pecunia, de nostra speciali munificentia gratuite relaxamus, eximentes predictos quatuor choros filiginis ab omnibus seruiis, solucionibus, contribucionibus, vecturis, vexationibus, precariis, angariis ex perangariis et aliis infestacionibus quibuscumque censentur nominibus cuncto tempore successuro, volentes prefatos choros ad idem altare iusto proprietatis titulo in perpetuum liberaliter pertinere. In cuius rei testimonium ad evidentiam clariorem presentibus desuper confectis nostrum sigillum statuimus apponendum. Actum et datum Berlin anno Domini millesimo trecentesimo de-

cimo septimo, Feria secunda ante beatorum Fabiani et Sebastiani, presentibus testibus sub notatis, Comite Hinrico de Luchow, Dominis Friderico de Alvensleve, Buffone de Milow, Buffone Gruvelhut, Christiano de Gherardestorp, pezione de Kracow, et aliis pluribus fide dignis.

Aus dem Copial-Buche des Archidiaconus Buchholz.

XVII. Stiftung einer ewig brennenden Lampe im Hospital des heiligen Geistes,
v. J. 1317.

In Godes Namen, Amen. Welck sake bedegedinget wert, vnde ewig wesen scal, vppe dat dar nen hinde inne valle, so is des Not, dat men se beserive vnde met bederven Luden betuge. Darnumme is dat, dat we ratlude der stat van parleberch, vnde de Vormundere des hilghen Geysteshus bekennen vnde betügen vor allen guden Luden, de na vnde tucomende sint, dat Ludeke Salege vnde sine echte Husvrowe vor Alheyt dorch de Salicheyt willen erer sele gekost hebben enen Wichspel Roggen Geldes in dem pachte des hilghen gheystes hove, de dar lecht vor der varbenumenden stat; van deme selven Wichspel Rogken seölen de des hilghen geystes hus vorktan holden ene bernde Lampen, de ewig berne ane vnderlat: de scal hangen dar de seken liggen, vnde bernen gade tu lave vnde den seken tu gemake. Vppe dat dit vnvorgonlik si, so is desse breif besegelt, vnde gestedeget mit den Ingefegeln des hilghen geystes vnde der stat. Vnde sint des Tuge, de tu der tit weren inne Rade, Gert Bloc, Gert van der Cartane, de do Borgemeester waren, Gert van me Nyenhus, Tideman Dalmin, Johann Boberow, Herman Radolf, Tidede Norman, Heyne van Dupow, Merten Rulow, vnde oc de in der tit dat Godes hus vorstunden, Her Johannes van me Nyenhus, de darinne erste Altarista was, Johann Boberow, Zabel Scumeker, vme dar tu mannich bederve man. Dit wart besceden vnde vulbracht in deme anghanden Jare na Godes Bort, do des waren dusent jar, vnde drehundert Jar, seventeijn Jar, in sunte Dionysius Dage.

Aus dem Copial des Archidiaconus Buchholz.

XVIII. Markgraf Waldemars Privilegium der Stadt Perleberg v. J. 1317.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Recognoscimus et ad vniuersorum noticiam Tenore presentium publice volumus peruenire, Quod nostris fidelibus Ciuibus Ciuitatis perleberg vniuersis, tam presentibus quam futuris, omnia iura et libertates, que ab antiquo vsque in presentem diem habuerunt, exnunc in perpetuum inconuulsa seruare volumus penitus et illesa. Ipsos etiam Ciuies per nullum casum extra Ciuitatem predictam Sed tantum in ipsa Ciuitate occasione causarum quarumlibet contra ipsos mouendarum coram iudice et Scabinis volumus conuenire. In cuius rei evidens testimonium nostro sigillo munitum dedimus presens Scriptum presentibus testibus scilicet nostris fidelibus nobili viro Gunthero de keuernberg Comite, fritone de Aluenfleenen, Droyfekino et Johanne eius filio de Crochern dictis, wedegone de wedele, heinrico Schenken de Schenkendorpp et Alberto de Clepezk, militibus, Slothekino Dapifero, heinrico Decano et Segero preposito Ecclesie Stendalgenfis, Theodorico in Granzoy et Euerardo in Stolpp prepositis, nostre Curie Capellanis, eum alijs puribus fide dignis, Actum et Datum in lieuenwolde Anno Domini millesimo Trecentesimo Septimo decimo Die beatorum Tyburcii et valeriani martyrum.

Nach dem Original.

XIX. Markgraf Woldemar vereignet der Stadt den Wall im J. 1317.

Nos Woldemarus dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchyo recognoscimus in his scriptis publice profitendo, quod fossatum castrum in perleberch, dictum in vulgari »*Wal*« dedimus et per presentes literas damus et appropriauimus ciuitati dicte ciuitatis perleberch, Ita quod more aliarum hereditatum ipsius ciuitatis ciuitati applicetur nunc et in eternum, renunciantes omnibus iuribus et actionibus, que nobis in memorato fossato verius competebant. In cuius rei testimonium presens scriptum robore nostri sigilli duximus consignandum. Datum Berlyn anno domini Milleesimo CCCXVII^o In Sancto die beati marci ewangeliste.

Nach dem Original, wovon das Siegel abgefallen ist.

XX. Vermächtniß Ludolph Seeligs an die Hospitäler des h. Geistes und h. Georgs v. J. 1319.

Pateat omnibus presencia uisuris, quod Nos Consules Ciuuitatis perleberghe presentibus protestamur, Quod Ludolfus dictus felix et sua vxor legitima domina Alheydis pia intentione, animarum suarum ob remedium et salutem, legauerunt pauperibus in domo sancti spiritus iacentibus Singulis distinctis quartalibus anni III^{or} modios siliginis et III^{or} modios brafei et pauperibus infra domum sancti georgii manentibus Similiter in quolibet quartal anni duos modios siliginis et duos modios brafei, quam inquam annonam procuratores ipsorum pauperum debent tollere suo tempore a molendino, quod presatus Ludolfus conuenit pro certo pacto a domo sancti spiritus ante dicta. Sed ista annona non debet vendi quo quomodo neque alias conuerti. nisi in panem et cereuisiam pro refocillatione pauperum predictorum. In huius rei testimonium presens scriptum Sigillo Sancti spiritus atque nostro protestabiliter roboratur. Est etiam a partibus arbitratum, ut Sigillum venerabilis Domini Johannis hauerbergenensis prepositi presentibus apponatur in memoriam firmiorem. Datum et actum anno domini M^o CCC^o XIX^o in die beati marcelli Episcopi et martiris.

Presentem copiam Nos consules ciuitatis perlebergh protestamur.

XXII. Der Kardinäle Ablassbrief für die Jacobikirche v. J. 1321.

Vniuersis sancte Matris Ecclesie filijs, ad quos presentes Littere peruenerint Nos miseratione diuina Egidius patriarcha Alexandrinus, Mathias archiepiscopus duracenus, zacharias Episcopus Suacinenfis, Stephanus Episcopus Lubucensis, Cirillus Episcopus sancte Iuste, et Cirillus Episcopus ad partes tartarorum, salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili claritate illuminat, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperantium tunc precipue benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adiuuatur. Cupientes igitur ut ecclesia parochialis sancti Jacobi apostoli in Parleberg Hauerbergenfis Diocesis congruis honoribus frequentetur, et a crisi fidelibus iugiter veneretur, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in festiuitatibus infra scriptis uidelicet sancti Johannis, Natalis domini, Circumcisionis, Epiphanie, Ramis palmarum, Parasenes, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, Corporis cristi, sancti Johannis baptiste, apostolorum Petri et Pauli omniumque aliorum apostolorum et Euangelistarum, Omnium sanctorum, sancte Crucis, sancti Michaelis ac in omnibus et singulis festis beate Marie semper virginis, Sanctorum

Laurentii, vincencii, Martini, Nicolai Stephani, Georgii, Ambrosii, Jeronimi, Gregorii, Augustini, Sanctorum Margarete, Katerine, Marie Magdalene, Agathe, Anne, Agnetis, vndecim Millium virginum et in dedicatione eiusdem ecclesie et per octauam earundem festiuitatum causa deuotionis et orationis aut peregrinationis accefferint, Nec non qui ad luminaria, ornamenta seu queuis diete Ecclesie necessaria manus porrexerint adiutrices, aut qui in eorum testamentis vel extra aurum, argentum, vestimenta seu aliqua alia caritatiua subsidia diete Ecclesie legauerint, donauerint seu legari aut donari procurauerint, aut qui corpus eristi seu oleum sacrum cum infirmis portentur secuti fuerint, aut qui in serotina pulsatione campanae flexis genibus ter aue Maria dixerint, Et qui eymiterium eiusdem ecclesie circumierint et pro animabus omnium in ibi in cristo requiescentium et omnium fidelium defunctorum orationem dominicam cum salutatione angelica pia mente et deuota dixerint, quotienseumque premissa vel aliquid premissorum deuote fecerint, de omni potentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli nostrum quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentijs misericorditer in domino relaxamus, Dummodo dioecesani voluntas ad id accefferit et consensus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. Datum Aunon X die mensis Decembris Anno domini M^o CCCC^o vicesimo primo Et pontificatus domini Johannis pape XXII Anno Sexto,

Nach dem Original,

XXII. Der Rath zu Perleberg verkauft einen Hof zu Dobberzin im J. 1322.

Pateat vniuersis presentia visuris et audituris, quod Nos Conules civitatis perleberghe recognoscimus presentibus et testamur, quod Johanni dicto Cupop et suis fratribus nec non veris heredibus rite vendidimus vnam curiam in villa Doberzin et duas areas ville predictae similiter adiacentes sine aliquo seruitio vel decima seu trecentesima, cum omni iure libere possidendam. Testes qui eo anno fuerunt in consilio civitatis Thide de pecolt, Thide de Kartane, Johannes Riebode, Lofe, Henricus Radolfi, Thide storerik, Thide Stüdenitz, Thide Cratz, Rulowe, Herwicus de nova domo et alii fide digni. Datum Anno millesimo trecentesimo vigesimo secundo, die sancte Agnese Virginis.

Aus dem Copial-Buche des Archidiaconus Buchholz.

XXIII. Johann, Heinrich und Jordan von Kröchern überweisen dem h. Geist-Hospital zu Perleberg zwei Dörfer und eine Mühle zu Perleberg im J. 1323.

Omnibus presens scriptum cernentibus pateat euidenter, quod Nos Johannes et Henricus milites et Jordanus famulus, dicti de Kröchern, recognoscimus presentibus publice protestantes, quod ex libera voluntate rite et rationabiliter vendidimus et iusto vendicionis titulo dimisimus domui sancti spiritus in perleberge, ad vsus pauperum infirmorum in eadem domo degentium, proprietatem omnimodam villarum speghelhaghen et Buewolde, sitarum prope civitatem perleberge, et novi molendini in superiori parte dictae civitatis siti. Hanc proprietatem omni iure et libertate cum omnibus attinentibus eidem domui dimisimus, sicut illustris princeps quondam Hermannus Marchio Brandenburgensis ipsam patri nostro et nobis vendidit seu dimisit, provt in privilegio ipsius Domini Marchionis super hoc confecto, quod eiusdem domus provisoribus in testimonium predictae vendicionis presentavimus, continetur, et dicti provisors predictae domus pecuniam pro eadem proprietate solvendam nobis integraliter et ex toto expedite

exsoluerunt, ita quod ipsos solutos dimitimus ab eadem, renunciantes dicte proprietati et omnibus, que nobis et nostris successoribus in ea attingere possint, in tempore presenti vel futuro, volentes dictam proprietatem dicte domui perpetue liberaliter pertinere. In cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum perleberge Anno Domini MCCCXXIII in crastino beati Martini Episcopi presentibus Hermanno Radolphi, Hinrico Radolphi, Antiquo Lofen, Johanne Buberow, Richoden, Regnero Sartore, Wackero, Henrico Kapup, Martino Rulaw, Henrico de Kartane, Johanne de Stendal, Hinrico Dalemin, Hermanno de Clutze ciuibus ibidem, et Arnoldo de Cleceke et Hinrico longo pistore, ac multis aliis fide dignis.

Nach dem Copial-Buche des Archidiaconus Buchholz.

XXIV. Die von Trebkow verlaufen einigen Bürgern Besitzungen zu Deutsch-Buchwald im J. 1324.

Vniuersis et singulis ad quos presentis littere peruenerint, Nos infra scripti videlicet gerardus, Egbertus, Janeke, patruces dicti de Trebkowe, cupimus esse notum quod prouidis et honestis uiris Martino Rulowe Johanni de Stendal henningo de Kartane Ciuibus in perleberge vendidimus Reditus decem manforum in villa teutonica Buchwalde cum omni iure, prout nos huc usque dinoscebamur possedisse, Iusto pheodali titulo pacifice possidendos. Promittimus insuper ipsis, quod eisdem Reditus ipsis debemus ad Bonum seruare donec ipsi possunt a domino pheudi pheodum procurare. Preterea debemus eisdem tales Reditus decem manforum coram quocumque domino, Milite aut Vasallo, a quo hijs Bonis in pheodari voluerint resignare quocumque ab ipsis fuerimus requisiti. Amplius si aliquis dictos Reditus impeteret, Ex tunc debemus eos disbrigare ab impetitione et Martinum dictum rulowe, Johannem de Stendal, hemingum de Kartane eorumque veros heredes reddere indemnes omni penitus sine dolo. Ne autem hec prescripta per nos aut nostros heredes infringantur Nobiscum manualiter et pro nobis promiserunt yo de Konigesmarke, Johannes de quitzowe, milites, Coppekinus de wardenberg: et in euidenciam ipsorum presentia fecimus nostris sigillis firmiter communiti. Actum et datum parleberg Anno domini M^o CCC^o XXIII^o in die Stephani prothomartyris,

Nach dem Original.

XXV. Markgraf Ludwig bestätigt die von denen von Kröchern vorgenommene Veräußerung von Spiegelhagen, Buchholz und einer Mühle zu Perleberg an das dortige Heilige Geists-Hospital im J. 1325.

Ad perpetuam memoriam subscriptorum. Lodewicus dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes palatinus Rheni, dux bauarie, Sacri Imperij archicamerarius, Omnibus hoc presens scriptum intuentibus Salutem et successibus prosperis habundare. Cum circa queque negotia temporalia soleat prouidentia tanquam mater et magistra propter stabilem ipsorum subsistentiam adhiberi, circa ea tamen, que ad pium deputantur usum tanto cautiùs agendum est, quanto in ipsis magis bonorum excitatur deuotio et eterno auctori honor et gloria excellentius augmentantur. Inde igitur est quod cum illustris quidam hermannus Marchio brandenburgensis honesto viro droyfekino Militi bone recordationis ac suis natis Johanni et hyrico vendiderit proprietatem omnimodam villarum Spiegelhagen et Bucholtz nec non molendini siti in superiori parte ciuitatis perlebergensis atque omnium et singulorum proprietatem ad

